



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 80. Moscoviæ Romam adventans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. victoriam gratulari, molestum tamen
A. C. 1673. sibi accidere, quod Rex Cæsarem bello
 premere cogitaret, proin Turcis ad su-
 vendos Hungarorum rebellium motus
 januam aperiret: ne tamen Regem
 offenderet Pontifex, Oratori literas ad
 eundem dedit, in quibus Ludovicum
 digna laude cumulabat, eoquod Ultra-
 jectenses Ecclesias Catholicis reddere
 adlaborasset.

§. LXXX.

Moscovicæ Legatus Romam adventans.

Priet. Cont. Cùm hoc anno Turcæ ac Tartari Po-
Ann. ad loniæ Regnum ferro flammaque
hunc ann. devastare pararent, summus Pontifex
Theatr. Eu- totus in eo erat, ut florentissimam
rop. tom. II. hanc Rempublicam, Sedi Apostolicæ
Hist. Chron. devotissimam ab imminente periculo
cont. l. 9. vindicaret. Eam ob rem Bonvilius
p. 177. cum bis centies aureorum millibus Le-
 gatum in Poloniam decrevit, ut sedato
 intestino tumultu Polonos ad arma in
 communem Christianæ Reipublicæ ho-
 stem convertenda induceret. Nec de-
 fuit pio huic conatui prosper successus,
 quippe hujus Nuntii Apostolici, necnon
 Cæsarei Legati opera in comitiis Var-
 soviciæ habitis Poloni Proceres antea
 inter se divisi, communi consilio in pa-
 triæ defensionem conspirarunt. Inlu-
 get

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

per Viennam Moscoviæ Legatus ad Cæsarem Mense Aprili, & alius Mense Septembri Romam ad Clementem Papam decreti advenerant, exponentes, quod Magnus Moscoviæ Dux Polonis adversus Turcas auxilia submittere decrevisset, Cæsar igitur ad alendas copias annonam suppeditare, & Pontifex sua auctoritate ceteros Principes in belli societatem pellicere, & si Poloniæ Regem mori contingeret, Moscoviæ Ducis Filium ad hujus Regni solium promovere, haud gravaretur, ut junctis utriusque Regni viribus eo validior esset adversus Turcas potentia. Grata equidem accidit summo Pontifici tam promptæ voluntatis pollicitatio; displicuit tamen, quod semper communis causæ studium privatæ utilitatis quæstu vitari cerneret: eapropter se hoc negotium maturiori examini subjecturum Legato paucis respondit: Paulopost hanc in rem Pontificis literæ ad Ducem eidem Oratori fuerunt traditæ, quas hic acceptare recusabat, eo quod Pontifex Cæsaris titulo Ducem Moschum haud honorasset, hoc tamen dissidium Poloniæ Legatus adeo dextere composuit, ut Moschus insolitis honoribus cumulatus, non sine animi sui satisfactione Roma discederet. Paulopost venerat in Poloniã alter Mo-

Uu 3 scoviæ

Sæc. XVII scovixæ Legatus, aſt Regni Ordines ob-
 A. C. 1673. latam ab eo armorum unionem, quam-
 vis intempſtivo nimis contemptu, re-
 jecerunt.

§. LXXXI.

*Proſpera Religionis Catholice incre-
 menta in Sinarum Regno.*

*Pufend. In-
 trod. a l'Hiſt.
 Univ. t. 6.
 p. 353.
 Hiſt. Chron.
 cont. l. 9.
 pag. 177.
 Du Halde
 part. 3.*

Inter tot amaras, quibus paternus
 ſummi Pontificis animus agitabatur,
 ſollicitudines tandem ex ipsis gentilita-
 tis tenebris lætitiæ ſplendores emicare
 cæperant, allato nuntio ex Chinenſium
 Imperio, quod ibidem Cang-Hi Im-
 perator plenam Religionis Chriſtiane
 libertatem, quam Calviniani in Angliâ
 Catholicis denegabant, iisdem indole-
 ferit; poſtquam enim juvenis hic Prin-
 ceſſus poſt Sony præcipui ſui Tutoris ob-
 tum ipſus imperii clavum moderari ce-
 perat, primas eo curas intendit, ut
 Sou-ca-ma alterius Tutoris admini-
 ſtrationem inquireretur, quem etiam Re-
 gni peſſime adminiſtrati atque inhu-
 manæ Catholicorum vexationis rem-
 laqueo ſuffocari præcepit. Sublato hoc
 Chriſtiani nominis hoſte religio Catho-
 lica indies nova cepit incrementa, &
 quamvis remotiorum Provinciarum Pro-
 Reges ac Præſecti ſæpius ſolito fac-
 tiſimi furore ſeſe opponere tentarent.